



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

117. Chiutaisi doct. absoluta conuers.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

facras imagines contumeliae Bonxiorum permittere. Fuit qui mori potius elegit, quam igni catecheos libellum tradere, & sacrilegij præmium remedium capere quo morbum depelleret. Fuit qui hinc periculose laboranti, superstiosam medicinam præberi renuens; saluum tunc, post pauium valentem recepit. Fuere denique qui crucis præsidio, atque impetio de morbis, & insultatione dæmonum triumpharunt, etiam in gratiam Ethnicorum: ad hanc porrò virtutem, & exultationem fidelium duo potissimum contulere. Vnum sodalitas Regine Deiparæ, eiusdem cum illa instituti, & legum quam stabilierat Pechin Riccius: alterum illæ animorum catharticæ meditationes, ex quibus S. Ignatius primam composuit Exercitiorum hebdomadam: his inter alios, redditus sibi est, Chiutainus ille Ignatius, toties nobis dictus, cui ex veteri iuuenilis vitæ licentia, & vaga frequentatione virorum principum qui eum vbique ob ingentem gratiam deperibant, obreperat denique suum illud antiquum concienti auri delirium, & ambrosiæ potionis retrò acturæ senes decrepitos in ætatem floridam, & robustam. Huius de se & Christiana re tortes, tamque magnifice meriti, Patres vicem dolebant miserrimam, eumque a Deo enixis precibus postulabant, cum spiritu actus rediit quem diu oppræsserat Nanchinum venit reperiturus apud Patres, neglectam animi sui curam: illic post aliquot contemplationes, confessionem peccatorum à baptismo ductam diligenter parat, obitque de genibus tamen recens ex morbo debilis, & verat rogans, aiter à Patre quam reum à iudice compelli: sub hæc instaurari propositum animi, scriptorum incendio firmat, quæ de metallica, æniue immortalis consistura magnis pretiis emerat: nec sibi aliud residuum facit præter æternorum memoriam memoriam sensuum, quos pia conceptos meditatione, scripto suo priuatim consignarat, ac ne in pristina chemices, & miscendæ immortalitatis relaberetur deliria, tanta illum Deus æternorum bonorum corroborauit fiducia, vt mortem quam exhorruerat, placidè expectaret: iussit hanc eius renatam pietatem Pauli Doctoris Nanchinum aduentus ad consolandum Mandarini, sui olim Magistri, ex defunctæ coniuge dolorem: pridie Natalis Christi sub noctem appulerat; parabantur illi geitoria honoraria in sequentem diem; ipse à sacris solennibus & cætu fidelium ne abesset, pedes viam difficilem, & niuosam ad nos tacitus fecit, quod ille in viro eius dignitatis prodigium quoddam est; multò verò maius, cum sacris inter Christianos promiscuè adfuit, qui vix alioqui ausi essent in eum intueri. Postremò vt motus quas erat Nanchini facturus, pijs de Deo colloquijs tranquillè occuparet diuertere apud nos voluit, reiecto palatij regij, aliorumque hospitijs quæ illi fuerant à Mandarinis præsidibus certatim delata: quod idem præstitit post triennem luctum paterni funeris Pechinum sedens; imò nec vult quemquam honoris gratia, nec visentes admisit, quanquam vniuersus Literatorum Ordo ad eum salutandum splendide se pararet.

Inter

117.
Chiutaini
doctr. abso-
luta conuersi.